

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Honestissimo uiro, sapientia & uirtute praestanti, Ioanni Botigero senioro,  
S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Etsi scio tibi non decesse consilium: tamē propter a-  
nacitiam scribendum esse duxi, de contentione in-  
ter te & Morum orta. Naturam alterius noui: ideo  
cōsulō tibi prorsus, ut nihil scribas contra eū. Si res  
cognoscetur p̄sente D. Crucigero, modera-  
tē dicas, quae necesse est dici. Ceterum cum illo ho-  
mīne nihil contendas. Nostram ep̄istolam ad Mo-  
rum tibi mitto, etiam de Rectoris sententia. Sed Mo-  
ri ep̄istolam noluimus cuiquam ostēdere, quae qui-  
dē magis ipsi Moro nocere posuit apud prudētes,  
quād tibi. Scis me non rudem tyronem esse in hac  
re tolerandarum iniuriarum: nec me pariter simus  
lasse & obruisse silentio insulſiſmas calumnias et  
omnibus amicis idem do consilium. Quia Deus tan-  
dem profert uera, & defendet eos qui propter pu-  
blicam utilitatē priuatē iracundiae frenos iniiciunt.  
Bene uale, & reſcribe. Data die Letiſſimi congres-  
ſus Mariæ & Elisabethæ, Anno 1547.

Honestissimo uiro, sapientia & uirtute  
præstanti, Ioanni Botigero se- / ch.  
niori, S. D.

Honestissime uir, & amice chariſime, console-  
mur nos uoce diuina: Generationi rectorum bene-  
dicetur. Nam in tantis confusionibus generis hu-  
mani, nulla familia conseruari potest solis humanis  
consilijs & præſidijs. Sed Deus protegit aliquas  
piorum

piorum familias: ut protexit Israelitas in Aegypto, cum iussisset limina confergi sanguine. Ita et nostras familias Deo curae esse credamus, & petamus ut ipse nos gubernet & seruet. Mea officia filio uestro non deerunt, præseritkm cum eiu integritas mihi nota sit. Bene ualete. Die Paschatos, quod est ab exitu ex Aegypto Pascha 3067. 1558.

M. Sinapio, Philippus Melanchthon S. D.

Deum aternū patrem Domini nostri Iesu Christi, crucifixi pro nobis, & resuscitati, conditorem humani generis, & uerum auctorē coniugij ac dulcissime societatis maris & foeminae, unde Ecclesia sibi perpetuam propagare uoluit, oro, ut tuis multipijs faueat, & tibi et sponsæ tuæ det tranquillū & felix coniugii: sicut promisit Ecclesia, se hæc uite genera diuinitus instituta, ad Ecclesia conservatiōnem seruaturum esse. Ego si possem hinc expaciari, istuc uenire. Sed nunc, ut seit Clemēs, me multæ cause publicè & priuatim detinēt. Exspecto cōuentus Spirensis decretā, qua tamē spero tranquilla fore. Nam adhuc quidem spes est, imperatorem edicti Augustani autoritatem mitigaturū esse: hoc est, doctrinā confessionis nostræ, qua Augustæ exhibita est, non esse persecuturum. Clementi consilium dedimus D. Pastor & ego, ut mox ad te proficiat.